

**Cl. V. Marci Aurelii Severini ... Epistolae duae : altera de lapide fungifero :  
altera de lapide fungimappa / publici juris iterum factae et orbi literato  
curioso ex bibliotheca sua communicatae a F. E. Brückmann ... cum figur.  
aen.**

## **Contributors**

Severino, Marco Aurelio, 1580-1656.

Severino, Marco Aurelio, 1580-1656. De lapide fungimappa.

Brückmann, Franz Ernst.

## **Publication/Creation**

Guelpherbyti : [publisher not identified], 1728.

## **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/ane36rte>

## **License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

CL. V. MARCI AURELII SEVERINI,  
IN REGIO NEAPOLITANO GYMNA-  
SIO CHIRURGIÆ ET ANATOMES  
PUBLICI PROFESSORIS

15

*EPISTOLÆ DUAÆ:*

ALTERA

*DE*

**LAPIDE FUNGI-  
FERO:**

ALTERA

*DE*

**LAPIDE FUNGI-  
MAPPA,**

PUBLICI JURIS ITERUM FACTÆ  
ET ORBI LITERATO CURIOSO EX BIBLIO-  
THECA SUA COMMUNICATÆ

*à*

F. E. BRÜCKMANN, Med. Doct.

ACAD. CÆSAR. NAT. CUR. ET SOC  
REG. SCIENT. PRUSS. COLLEG. PRA-  
CTICO OLIM BRUNSVICENSE,  
NUNC GVELPHERBYT.

---

Gvelpherbyti, M DCC XXVIII.

Cum figur. æn.

Viro

Maxime Reverendo, Doctissimo atque  
clarissimo

D N O. D N O.

# LEO. DAV. HER- MANNO,

Verbi Divini Ministro Masslensium in  
Silesia vigilantissimo, fidelissimo,

Medico animarum humanarum egregio, Rei litera-  
riæ & scientiæ naturalis fautori summo,

Curiosarum rerum naturalium, præser-  
tim ad Regnum minerale spectantium, colle-  
ctori indefesso & æstumatori argutissimo,

Cujus peculiari liberalitati Museum nostrum varia  
egregia figurata Silesiaca debet & in memoriam  
curiosis monstrat,

Officiose & peramanter

Breves hasce Marci Aurelii Severini Epistolas

D. D. D.

BRÜCKMANN. Med. Doct.

# LECTOR AMICE!

CUM haud ita pridem Marci Aurelii Severini epistolæ duæ de lapide fungifero & fungimappa, scriptulum quoddam certe rarissimum, ad historiam naturalem lapidum & fungorum pertinens, quod multis in bibliothecis & publicis & privatis frustra adhuc quæsiveris, in manus nostras pervenerit; suasu & rogatu quorundam curiosorum & historiam naturalem fungorum & lapidum in delitiis habentium id publici juris facere & prelo submittere non retrectavimus. Lapis Fungimappa dictus, quem clarissimus autor in præsenti tractatulo delineavit, in haud ita multis reperitur & exstat rerum naturalium gazophylaciis; qua propter dubio procul rem maxime gratam præstabimus iis, qui parum vel ni-

nihil, nec quod ad nomen, de eo lapi-  
de & fungo in Collectione librorum  
suorum, perpauci enim auctores men-  
tionem ejus scriptis suis injecerunt, in-  
venire possunt. Utere mecum hoc,  
Lector amice, vale & fave

Tuo

Dabam ē Museo Gvel-  
pherb. d. 8t. April.  
1728.

BRÜCKMANN. D.

MAR-



# MARGI AURELII SEVERINI

Ad Cl. D.

MICHAELEM RUPERTVM BESLERVM  
ARCHIATRUM NORIMBERGENSEM

EPISTOLA  
DE LAPIDE FUNGIFERO.



On injuriâ , quantum video,  
Cl. Michaël Ruperte Beslere,  
curiosa tuum incessit animum  
cupido noscendi, quæ natura  
fit Lapidis cuiusdam, qui suâ  
quasi alvo fœcunda teneras &  
perennes , nec non edendo  
probatas edit cartilagineas &  
orbiculatas placentulas, quas Fungos appellamus.

A

Sci-

*Prudens &  
digna Philo-  
sopho admiratio, &  
digna de  
lapide Fun-  
gifero in-  
quisitio.*

Scitum & insolentem naturæ lufum, miram & incomparabilem metamorphoseos speciem, quam neque in suis memorandam reliquisset, si novisset, Ovidius: verùm inter primas & nobilissimas fortasse regensuisset. Nam quid illud est profectò, squalehs & aridum corpus naturâ madidum germen educere, solidam & densam massam levem & raram, qualis certè Fungea est, substantiam expromere? item de fatua & inepta gleba gustu suavem & commodam escam efferri? Denique quid illud est, de informi montis cuiusdam segmento conformatum in pilei modum prodire concrementum? Unde igitur, & quibus venarum ductibus, quo motore, vel quo conformatore proveniant in dies nobis ante notata fœtabula? Hæc quippe singula citra non nullam admirationem fieri notariive non possunt. Quapropter & nos, tuos amicos, qui circa Fungarios istos tractus versamur, Beslere sagacissime, qui pleraque referremus, quæsivisti. Nos verò Tibi pleraque etiam, quæ comperimus, ea de re enunciabimus gratuitò. Utinam autem aut naturam hanc penetrare, aut exactæ tuæ intelligentiæ satisfacere parte, non dico equidem omni, sed plurimâ queamus. Veruntamen certum illud est, si quæ nostra est animi sagacitas, si quæ ingenii perspicacitas ad res novas & reconditas acriter investigandas, hanc nos pari cum promptitudine cunctam Beslero nostro exposituros. Nec mora igitur, age, dicamus ad hunc modum. Lapis, quem vulgo Fungiferum appellant, tam oppidò obscuram, tamque retrusam naturam nactus est, ut ne etiam nomen unum apud

*Non indi-  
gna recita-  
tu Fungea  
metamor-  
phosis.*

*Scribendi  
ratio.*

*Argumenti  
difficultas.*

omnes retinuerit, aut uni tantum generi relatum fуerit. Aliis nempe volentibus Lyncurium, aliis Ele-<sup>πολυων</sup>ctrum, aliis Tuber Fungarium, aliis Lapidem Fun-<sup>μια.</sup>giferum: quæ suo nomina loco mox explicabimus. Interim multorum opiniones, & varias de ipso sen-tentias, exponemus. Primus prodiit Matthæus Silvaticus, qui in Pandectis scripsit hæc: *Lapis Lyn-*<sup>Silvatici</sup>  
*cis apud Evacem fit de urina Lupi Cervarii mixta, in*<sup>pronuncia-</sup>*110.*  
*montibus coagulata: qui in domo servatus generat*  
*optimos Fungos supra toto quolibet anno. Valet con-*  
*tra dolores stomachi, icteritiam, & fluxus ventris.*  
Secundus accedito Hermolaus Barbarus, qui in Co-<sup>Hermolaus</sup>  
rollario super Dioscorid. 698. scripta reliquit hæc: *O-*<sup>Barbarus</sup>  
*ritur & è saxo i. e. lapide Lyncurio, sive Lyncæo*  
*vulgari voce dicto, Fungus admirabili naturâ. Præ-*  
*cuditur hic in esum, & aliis subnascitur anno toto.*  
*Pediculi pars relicta duratur in silicem: atque ita*  
*semper crescit lapis restibili facunditate: nec credidi-*  
*mus antequam domi natos ita manducavimus. Her-*  
molaum secutus videtur & Andreas Cæfalpinus, Ro-<sup>Andreas Cæ-</sup>  
manus professor, qui lib. 2. de Metallicis cap. 45. La-<sup>salpinus.</sup>  
*pis, ait, Lyncis apud Evacem fit ex urina Lyncis, qui*  
*vulgo Lupus Cervarius vocatur. Hæc mixta in mon-*  
*tibus coagulatur in lapidem. qui in domo servatus gi-*  
*gnit optimos Fungos supra se toto anno. Valet contra*  
*dolorem stomachi, icteritiam, & fluxus ventris. Di-*  
oscorides vanum putavit ex urina Lyncis Lyncuri-  
um appellatum fieri, sed Electrum esse. Cui con-  
sentire videtur Strabo lib. 4. Theophrastus tribuit  
Lyncurio Fungos ferre. Hodie Neapoli notissimus  
est lapis, qui domi asservatus, si irrigetur, Fungos

fert toto anno: de quo Hermolaus explicavit. Ad  
*Iulius Cæsar Scalig.* hos omnes non præteribit Julius Cæsar Scaliger,  
 qui in lib. exotericarum Exercitationum de Subtilitate ad Cardanum, Exercit. 87. lemmate inscripto de  
 Lapide Fungifero scripsit hæc: *privata lapidis natura  
 inter admirabiles referenda.* Is apud Romanos magno in precio est. Unum vidimus Neapoli, quo in Regno traduut inveniri. Crusta cassa est: ea terræ dodrante operta, aspersaque tepida irroratione quarto post die fungos edit. Et Petrus Andreas Matthiolus in Comment. 78. lib. 4. Dioscor. scripsit hæc: Neapoli inventi sunt Lepides, qui defossi, & in cellas vinarias translati, terra aliquantulum operti, & subinde aqua tepida inspersi, intra quatriduum fungos non ingratis procreant. Nos Romæ & Neapoli vidimus. Taceo quod & Philippus Ulstadius lib. de Sensibilibus cap. 33. paucis meminit, quod Neapoli ex quodam Lapide fungi generentur. Ad nostræ gentis scriptores nunc venio, id est ad primum Janum Baptistam Portam μεγαλογραφη: qui cùm in Lib. I o. suæ Villæ discrevisset genera Fungorum, tandem postremum ait: è saxis nascitur: præciditur ad esum: alias subnascitur: sèpius novos producit restibili fæcunditate: septem diebus conficitur: sexies in anno demetitur: terræ dodrante operitur Neapolim afferuntur ex Vesuvio monte Lepides, Abellinum ex Parthenio monte: in Apulia ex Gargano & altioribus montium partibus. Nam saxa, ubi semel produxisse vident, suffodiunt, & venum exportant. Nascuntur aliquando non pileati, sed turiones, ut asparagi & in ramos divisi. His Portæ decretis subscriptis promptè Carolus Clusius in O-

*Matthiolus.*

*Philippus Ulstadius.*

*Bapt. Porta.*

*Carolus Clusius.*

pe-

pere Rariorum Plantarum, Traetatu, qui est de Fungiis, authore illo δειὰ πάντων καὶ παντάπασιν vocato. <sup>Carolus Clusius</sup>  
 Qui rursus Porta & Lapii Fungiferi meminit in lib.  
 6. Phytognomonicā cap. 26. dicens: *Fungus est in sa-  
 xis nascens, ab aliquibus Lyncurius dictus, miro ex-  
 perimento frangendis calculis.* *Quippe umbra sicca-* <sup>Fungi hujus</sup>  
*tus, contritus, potusque jejuno cum urinā veteri ita petrigena  
 renes expurgat, ut nunquam in eis calculi regeneren-* <sup>mira vis</sup>  
*tur: frequenter à nobis usque ad admirationem exper-  
 tum.* Portae succedit proximus Ferrandus Impera- <sup>Ferrandus</sup>  
 tus, qui cap. 5. quod est de Tuberibus Fungariis, sub- <sup>Imperatus</sup>  
 didit: *Sono li Tartuffi di cibo più duri & più fibrosi, &  
 nella grandezza molteplici: onde se ne veggono al peso  
 di libre cento. Producono li Fonghi nella primavera,  
 & nell'autunno. Da alcuni si tengono sotterrati, ba-  
 gnandoli moderatamente per raccoglierne li Fonghi,  
 perciocche dall'humore soverchio s'ammarciscono.* Et  
 cap. 6. quod est de Fungi pag. 73. eo proposito titulo  
 quod est de Fungo Petræo subnexuit hæc: *Il Fongo in-  
 tiero, la cui testa dalla parte sottana ha partimento di  
 colore impagliato, ottimo à cibo.*

Ita quidem isti omnes. Quorum priores <sup>Ex omnibus arbitris quis praferendus.</sup>  
 duo, Barbarus inquam & Cefalpinus (porro Sil-  
 vaticum quid memorem?) cum minore, quam  
 nostri, laude (verbo absit invidia) rem exe-  
 gerunt. Nimirum loci productioris testatio  
 quantum favit proximis; tantumdem longinquos <sup>Testificatio</sup>  
 absoluta rei notitia fefellerisse potuit. Ferrandus <sup>potior pro-</sup>  
 enim Imperatus etsi verè scopum non attigit; <sup>ximorum incolarum</sup>  
 non tamen longè abiit ab una rei natura. Nos igi-  
 tur pleniores interdum addemus demonstratio-

nem, quam ætiologia ministret; si priùs tamen de Tuberibus Terræ concesseris ut dicamus. Horum admirabilis natura visa est Plinio lib. 19. cap. 2. tum quòd *αυτομάτως* quidem, i.e. sponte ac sine semine nascantur: tum quòd nulla nedium radice vireant, sed neque fibris aut capillamentis nixa, præterquam circundata, nec utique extuberante loco in quo gignuntur, aut rimas agente: neque ipsa terræ cohærent. Cortice includuntut, ut planè nec terram esse possimus dicere, nec aliud quām terræ calatum. Excedunt sæpe magnitudinem mali cotonnei etiam librali pondere. Crescent, anne vitium id terræ (neque enim aliud intelligi potest) eâ protinus globetur magnitudine, qua futurum est; & vivantne, annon, haud facile arbitror intelligi posse. Putrescendi enim ratio communis est iis cum ligno. Lartio licinio Prætorio viro; jura reddenti in Hispania, Carthagine paucis his annis scimus accidisse, mordenti Tuber, ut deprehensus intus denarius primos dentes inflechteret. Quo manifestum erit teræ naturam in se globari: quod certum est ex iis, quæ nascuntur, & seri non possunt.

*Plinii perplexitas.*

Hæc quidem omnia Tuberum arcana Plinius non tam videtur ex natura interpretatus, quām admiratus: ita nos intricavit potius quam extricavit, Tuberum genus, causas, ortum, naturam verius memorando, quām enarrando. Utinam igitur intanta creandæ rei caligine, in tanta τε φύματι obscuritate lux aliqua affulserit nobis; ut satis causas describere queamus. Describemus autem hoc pacto. Porrò mihi rectè fecisse videntur Antiqui, quorum pri-

*Admiran-  
da hypothe-  
ses Plinii.*

*Antique-*

primus Homerus est, qui voluerunt, grandem cœ-  
litus à Jove & Superis adusque terram admissam  
catenam, quæ rursus ad superiora reflectatur: per  
hoc indicantes spectabile regimen à superioribus in  
inferiora, quorum optimi ductus ad supernorum  
provisionem referantur. Nullam enim sine cœle-  
stium illustratione fieri vel terris vel subtus procrea-  
tionem posse certum est. Indeque Arist. Lib. I. Me-  
teor. Cap. 2. pronunciavit, inferiorem hunc mun-  
dum contiguum debere superiorum lationibus, ut  
inde omnis virtus gubernetur. Hunc astrorum &  
cœli cum inferioribus consensum neque sub terris  
latitans natura præteriit. Verùm admirabilis & su-  
spicienda est cum maximè συντιμωγία in hanc sedem:  
quæ constat sanè fontium scatebris, metallorum  
thesauris, lapidibus multigenis, radicibus altè pe-  
netrantibus, bestiolis ὄρυκτοῖς i. e. fossilibus vocatis pi-  
scibus animalibus denique pluriformibus, & nullà  
luce gaudentibus, ad summam creatis viventibus  
aut non viventibus corporibus variis. Inter quæ  
Tubera & Misy historiæ nostræ portio sunt. Qui-  
bus Tuberibus privatim credidit antiquitas (inquit *Tuberum*  
Marcellus Virgilius in Dioscoridem) cognationem  
aliquam cum cœlo esse: nec nisi tonante Jove na-  
sci. Quod Satyrographus bellè notavit, dicens:

*& facient optata tonitrua cænas*

*Majores.*

Quamquam tonitruorum haud est verè producere  
Tubera isthæc, verùm causas productrices secum  
quasi convehere, & convehi demonstrare, si quispi-  
am interim hæc rectè norit agnoscere. Nimirum  
fre-

*rum & Ho-  
meri my-  
thologia.*

*Misj.*

*Tuberum  
ex cœlis  
haustus.*

frequentibus nubium complosionibus aëre plurimùm diffracto, deciduis affatim imbribus terrâ non irrigatâ quàm gravidatâ, (Plutarcho Convival. 4.) variis ventorum flatibus internè externè mundo inferiore commoto, corporum humores spiritusque omnes subinde cidentur, ac nova rebus temperamenta indantur oportet, fiatque ut singula gestiant in generationem. Quo non miremur, roris matutini lento guttatu gratiorem ac suaviorem

*Admiranda  
Iridis cœle-  
stis èpi-  
Qavida.*

herbam pecoribus adolescere. Magis miremur Iridis, alioquin θαυματιάδες suapta naturâ mirandæ conflexo in terras arcu jacentem omnem plagam divino quodam halitu compleri. Cui, sicut ait Virgilius, comparari suavitas nulla possit. Hac igitur, quam modò descripsimus, per tonitrua corruscantia, per imbræ ingruentes, per flatus irruentes, per Jovem fulminantem factâ mundi quassatione, factâque mutuâ caloris & frigoris collisione, non quati, & non commoveri undique terra non potest. Quæ verò intra terram sunt, itemque novum sui modum motumque concipient necesse est: sic ut continuò modificatus humor genitali jam œstro excitetur, & spiritu vivifico occupetur. Est hic materiæ apparatus permagni quidem ad generationem momenti: verùm nonnihil detrimenti patietur, nisi ad hunc omnem naturæ apparatus accedat à natura tantopere ætheris affla-

*Solis acceſſus*, ac Solis *φερεσίς* radius. Cujus vis, ne vivam, *sus necessa-  
rius.* exprimi si potest quàm plenè vivificet, vegetetque *Solis statio-  
nes præstan-  
tissima.* omnia: præsertim cùm ad binas Zodiaci sedes & puncta, ut loquuntur, confederit: terrasque de bi-

nis

nis his quasi speculis prospexerit: quæ sunt videlicet Tauri & Libræ stationes. Quarum quæ Taurina longè potior est aptissima, mehercules, & splendidissima regio: qua consistens optimus Planeta terras fœcundat inexplicabilibus planè modis. Sed hoc tamen explicare nixus est ornatissimus Petrarcha per hoc suæ linguæ poëmation.

*Franc. Pet  
trarcha de  
Tuberib.  
professio.*

*Quando il Pianeta, che distingue l' bore,*

*Ad albergar col Tauro si ritorna,*

*Cade virtù da l' infammate corna,*

*Che veste il Mondo di novel colore.*

*Et non pur quel, che s' apre à noi di fuore,*

*Le rive e i colli di fioretti adorna,*

*Ma dentro, dove giammai non s' aggiornæ*

*Gravidofa di se il terrestre humore:*

*Onde tal frutto & simile si colga.*

*Così costei che tra le donne è un sole*

*In me movendo de begli occhi i rai,*

*Cria d'amor pensieri, atti, e parole:*

*Ma come ch' ella li governa e volga,*

*Primavera per me pur non è mai.*

Egregiè quidem Tuscus Poëta. Qui tamen utinam adjecisset pleraque nobiliorem effectorem indicantia, cuius fortassis notitia desideratur; magno nos certè labore levasset, atque operæ precium quoque maximum fecisset. Verùm quia cunctas naturæ subtilitates plenè non exequuntur Poëtæ, nisi se physicos, ut Empedocles & Lucretius, ex toto profiteantur, quemadmodum Vida & Castelvetus nobis aperuerunt in Poëticis; propterea nos, quibus sua & constituta hæc est professio, profundiore hac &

*Poëtarum  
in physicis  
mutila  
epunyeida.*

tota causarum dissertatione non abstinebimus, sed illam exordiemur. Missis nonnullorum opinionibus, quæ referuntur ab Alphonso Ciccarello Mævenate Libro *de Tuberibus* Cap. 5. primùm cum Hieronymo Cardano, qui in operis Subtilitate Julio Cæfare Scaligero interprete in Exercit. 180. visus est censuisse è nivibus à calore putrido colliquatis secerni terrenum humidum, quo Tuberæ progignantur. Quamquam hæc meo quidem judicio haud Cardani fuit opinio: verùm huic adscripta. Adscripsit, inquam, hanc Scaliger nescio quo animi furore instigatus ac juratus adversarius generacionem Tuberis Cardano, qui neque per somnium, Juppiter, ist hanc rem novit. Inuria autem sic liquidò & contumelia sic iniquè inusta est Cardano, ut à bono quocunque viro & æquitatis studio non videatur sustinenda. Et eo amplius, quòd cum ironia & improbis dieteriis commissa est injusta animadversio. Nostrum igitur esto, Beslere, reut expensâ πολυμαθῆ τὸν ἄνδερα vindicemus: qui Lib. 9. Subtilitatum hæc proposuit conceptis suis verbis: *Pumelia vin-tredo etiam, ut dixi, omnis calida est; ob id Tuberæ dicandi vi-nascentia nives in directo superstantes colliquant. Ca-ri innocen-tor enim putridus, dum terreum quoddam humidum se-cesserit, radices gignit sine germine, quæ Tuberæ voca-tur. Contraria ratione cum frigidam & humidam tenuemque materiam concoquit, germina sine radici-bus emittit, quæ Fungos vocamus.* Hæc ille. In quorum ambitu omni vides subtilium scriptorem nihil meminisse generationis Tuberum; verùm attigisse solum partim propriam putredinis naturam, quæ est

*De causis  
Tuberum  
Scaligeri  
professio.*

*Cardano per  
Scaligerum  
imposita in-  
jurias.*

*Ab improbo-  
rum contu-  
melia vin-  
dicandi vi-  
ni innocen-  
tes.*

*Cardani  
propositio  
expensa.*

ca-

calida, atque halitu caloris putridi dissolvit nives in-  
cumbentes, partim philosophatum de diorasi inter  
bulbum Tuberis & umbellam Fungi. Tubera verò  
tantum abest ut in se ipsa nivium recipient actum  
Cardano; ut hæc ipsa sint, quæ nives commoveant  
& dissolvant. Hæc quidem apertis verbis & illustri  
oratione complexus est Cardanus. Ad certitudinem  
autem & integritatem sermonis quid quæso desidera-  
bitur, quando difficilis interpretator ambigua hæc  
verba & incommodam dixit orationem? Item quæso  
quid ironice subsannatum? quod acutè constituerit  
Cardanus cum natura, ut ex crassa materia radicem  
& minus crassa minùs item crassum videlicet stipitem  
procreârit? Tertiò, quæso subtilem Æstimatorem eo  
quo Cardani verbo è liquefactis nivibus fieri Tubera  
primum intellexit? Imò nos primum per Scaligerum  
è liquatis nivibus fieri Tubera intelleximus. Ex Car-  
dano ego Severinus, & Alphonsus Ciccarellus, scri-  
ptor Tuberum primus capp. 5. & 10. facilè intelligi-  
mus, caloris putridi halitibus fieri, ut nives dissol-  
vantur, & parùm diu cohæreant, ubi Tubera consi-  
derunt. *Nimirum*, inquit idem Ciccarellus eodem  
cap. 10. sub finem: *ova cruda, posita per diem natura-  
lem inter Tubera, adeo eorum odore saporifico imbuun-  
tur, ut vix comedи possint. Et hoc profuit ex eorum ca-  
lida temperatura, ex qua effumat vapor ille calidus,  
qui propter ejus partes tenues & calidas ova penetrat*  
&c. Ubi verò Scaliger argumentatur, quòd frigore  
nihil ineptius ad generationem: & deinde, quòd in  
Hispania, ubi rarissima ac minima frigora, in Aphri-  
ca, ubi nullum frigus, nullæ nives, plurima, maxi-

*Vacuus &  
Scaligeri  
calumnias  
Cardanus.*

*Ironia Sca-  
ligeri cassa.*

*Experimen-  
tum Cicca-  
relli.*

ma, optima Tubera generantur ; ubi, inquam, hæc  
*Cum umbris* objectat ? cum umbris & cum sua phantasia videtur  
*Scaliger col- luctatur.* maximus homo colluctari. Cum umbris quoque  
 colluctatur i. e. vaniloquè & supervacuè argumenta-  
 tur, memorans Plinium haud ex nivibus, sed imbri-  
 bus ac tonitribus dixisse Tuberum proventum ube-  
 riorem. Candidus autem si velit esse Scaliger & inge-  
 nuus, qualis ut sit, virum generosum decet ; non ac-  
 cipiet, ut sonant, Cardani verba : quibus propositum  
 est : sine radicibus stipites oriri Fungorum. Nimi-  
 rum fine radice corpori proportione respondentे  
*Radices* voluit nasci Fungos, non sine omni radice. Porrò  
*Fungis non ex toto ab negata Car dano,* si semine Fungi gaudent, ut eruditissimus Porta de-  
 monstravit, & radicis quoque non erunt expertes : &  
 non expertes profectò perhibet Cardanus. At Car-  
 danomastix, qui verborum ambiguitatem & incon-  
 ditam orationem accusavit in æmulo suo, videat, oro,  
 quàm ambigua sint verba, quàm incondita oratio  
 sua, qui dixit ; *Fungi verò vel sine radice videntur,*  
*vel etiam sunt, nisi vetustissimi.* Quantæ enim in his  
 paucis ambages, quàm multa obscuritas, nemo non  
 agnoscit. Quoniam verò neque perspicitur hic Sca-  
 ligeri consilium aut sensus, nec quò verba dirigan-  
 tur, aut quid tum omnis oratio tum hujus particulæ  
 confiant, hanc egorem in silentio transfigam, imò  
 cætera multa. Nam nolim equidem Scaligeri cen-  
 sor videri, qui Cardani censor ita effictim gavisus est  
 esse. Illud tamen hic adnotare velim & monuerim

*Crimine ab uno suspecto* hoc exemplo, ut viderint edocti omnes, Subtilitatum  
*Scaliger & aliorum multorum.* Subtilis accusator ne qualis in hac una re fuit, talis &  
 in cæteris se gesserit omnibus plerisque. Sed nos ad  
 in-

institutum sermonem nostrum redeamus. Mon-  
 stratum à nobis est in Libro de Viperæ Natura, Ve-  
 neno, Medicina, qui *Vipera Pythia* inscriptus est, spi-  
 ritum fermentatorem summo conditoris consilio &  
 providentiâ, totâ rerum, quæ sub luna est, univer-  
 sitate diffusum, Mercurio relatum Hermeticorum  
<sup>Spiritus fermenta-</sup>  
<sup>toris vis</sup>  
<sup>summa.</sup>  
<sup>θευματιγεγον</sup>, omnifabrum, incrementi largitorem,  
 perfectorem, conservatorem, amplificatorem: nem-  
 pe penetrandi vi, agendi celeritate & vehementia,  
 functionum varietate præstabilem medium aut am-  
 biguum inter primas energeticas qualitates, & ha-  
 rum compotem utrarumque caloris decantati vires  
 longè exuberantem, <sup>αὐτοκίνητον καὶ ἐνεργῶντα</sup> sui cu-  
 jusque receptaculi: cuius spiritūs præcipuum est in-  
 quiete donati perpetua hanc aliis implacidè excitare,  
 neque cuiquam <sup>ἀθογίζως καὶ απραγμόνως</sup> adstare: ob  
 id acoris affidui inctructum ministerio: quod facul-  
 tatis & dignitatis est argumentum, non putredinis  
 derivamentum. Hujus omnem summam & ratio-  
 nem fusè exposuit Petrus Castellus, amicus noster, &  
 Naturæ consultus maximus in 4. & 5. suarum *Episto-  
 larum* Tomi primi. Neque enim hoc loco nos spi-  
 ritus <sup>πάντονεάτος</sup> plenam & amplam demonstra-  
 tionem describere vel necessum est, vel epistolæ bre-  
 ve præscriptum permittit. Dicam tantummodo  
 de suo circa Tuber ergastirio. Spiritus hic cœlo de-  
 missus, & tenuitate sua sub terras transmissus, in hu-  
 mentem pinguemque terræ portionem insinuatus <sup>Acor affidu-</sup>  
 per acorem, qvi comes suus & minister est, rapit ab <sup>us spiritus</sup>  
 arenti terræ portione, in unum cogit & contrahit <sup>ξημωδεῖ.</sup>  
 abreptum per fermentum suum quoddam in glo-  
 B 3 bum

bum à Plinio notatum conformat, spirituque afflatum suo vivam & vegetam reddit in eam, quæ Tuberis visitur, formam. Conceptam benè sententiam nescio verbis expresserim aut explicarim. Tantum illud mihi persuasum est, indicata hac ratione satis fit u-nicè Plinio nostra via. facile & omnem Plinio admirandi causam ademtam & singulis admirationis suæ capitibus satisfactum iri. Primum enim spontaneus exortus nihil mentem angit: quando non per se Tuber, sed altissimi satoris ministerio prodit in lucem. Seminis autem necessitas nulla est, defectum hunc supplementibus ejus viribus, satore τῷ κυρίῳ per Hippocratem Lib. de Flatib.

*Fungis semina esse compertum Porta: item* vocato. Quamquam & his inesse semen prodit Jo. Bapt. Porta Lib. 6. Phytognomonicā cap. 2. per hæc: è Fungis semen perbelle collegimus exiguum & nigrum τῷ εμπειρομένῳ in oblongis præsepiolis vel liris latens, è pediculo ad pilos circumferentiam protensis: & præcipue ex illis, qui è saxo proveniunt: ubi decidente semine perenni feracitate seritur, & pullulat. Falso igitur Porphyrius Deorum filios Fungos & Tuberadixit, quod sine semine provenirent. Sic in Tuberum corticibus, ut in cupressi pilulis, nigrum etiam latet semen. Ob id in silvis, ubi sæpius prodierint & computruerint, semper proveniunt, & locis ubi corticum lotura vel cortices projiciuntur sæpe nata vidimus. Nec desunt ex antiquis, qui sementicia origine nasci crediderunt. Sed non operæ premium duximus omnia prosequi. Quapropter consultò omittimus, cum præsertim in memoria nunc alia non habeamus. Aliter quoque responderis cum Athenæo Deipnosophistān Lib. 2. quo de Tuberibus differente, Suut, inquit, qui è semi-

*Ex Athenæo producta ratio nostra.*

ne

ne ortus sui principum habere opinentur: deinde subdit: iu Mitylenæorum quidem littore non antea gigni memorant, quām imbre copioso semen deferatur à Tiaris: loci id nomen, in quo multa generantur. Athenæum vero seqvutus Hieronymus Cardanus lib. 2. de San. tuen. cap. 43. *Tuber*, ait, *in aliquibus regionibus, veluti Mitylenis, etiam seritur, & irrigatur: ut non dubium sit illa augeri, Terra enim extuberat, scinditurque ut quidam dicunt.* At neque radix ulla desiderabitur viventi, cuius tota substantia radix est, Joanne Costæo testante Lib. 1. de Univers. Stirp. Nat. cap. 10. sicut Fungorum una superficies spectatur. Quid, quod crassitudine ac pinguitudine sua vivit in annum, tantum si in udo matris suæ sinu foveatur & conservetur nativo? Sic quod terræ cohæreat alendo necessum non fuit: quemadmodum neque etiam necessum est herbæ Aloës, Scillæ, Pancratio, & aliis plenisque stirpibus, etiam extra foventis terræ comple-xum viventibus. Quid, quod neque exploratè contendit quispiam, neque certò negaverit radices omnes fungifero. Quandoquidem & breviculæ radices ac fibræ nonnullæ capillares dependentes à corpore isthoc extant, si recte adverteris. At neque alter fieri potest: si quidem hæc terræ germina vivere demus. Qui vivant enim, è terra nisi trahant? aut qui sine radicibus ullis aut harum fibris trahant? Quam & Cardanus attigit rationem lib. 2. de San. tuen. cap. 45. *Nascuntur, inquit de Fungis agens, sepultis lapidibus quibusdam latis mensarum modo, quos in Samnitico agro inveniunt, quatuor digitorum altitudine sub terra: inde aqua inspersa intra quatuor di-*

*Tuberis  
substantia  
totaradix.*

*Auxesis ad  
confirmati-  
onem.*

es

es abundant in nemoribus, & celerem ortum habent. Calore enim indigent sicciorē, ob id lapides illos exusti quippiam habere convenit. Præceps enim Fungorum generatio, ac quasi absque radice, nihil enim sine ea. Si enim alimento trahit, si vivat, aut augetur: etiam si non vivat, a terra trahit. Oportet autem id, quod trahit, & a quo trahit coniunctum esse. Pars autem quæ jungitur, radix est. Hæc Cardanus. Per quod validum argumentum apparet, minus rectè sensisse Plinium, quod nulla nedium radici, sed neque fibris aut capillamentis nitantur hæc prægnantis terræ fœtabula. Non extuberat, nec rimas agit locus, in quo gignuntur, quia suavior est hæc Tuberis concretio atque eductio per divinam opificis manum, quam ut aut verrucas terram recipere, aut disrupti lateribus oportuerit. Quamquam & hiare terram, qua sub concreta Tuberā fuerint, observatorum plerique testantur, & Imperatus. Quod ad extremum corporis habitum: laxa non fuerunt, cortice vel friabili, ut terrestris omnino portio viderentur. Siquidem transmutata per vim fermentatoris maximi terra callo quodam sunt obducta; quod omnium natura constantium commune sit duriore integri tegmine ad sui *δευπτάθειαν* & conservationem. Credidit Plinius Tuberā *terræ vitium*: quod *strumam* interpretatus videtur Marcellus Virgilius; *Terræ* dixit *Lepram* Georgius Pictorius in 3. de San. tuen. Dialogo. Sed nihilo minus mihi magna videtur rei dignitas & perfectio: quæ ἐντελέχεια spiritū ζημώδες vi visitur. Sic aliud quam vitium, quod opinabatur Plinius, Virgilii-

*Rimas &  
verrucas  
qui non  
commove-  
ant Tuberā  
terre.*

*De cortice  
philosophia-  
tio.*

*Terra viti-  
um Tuberā  
non sunt.*

lius, & Pictorius, intelligi potest. Falsum ergo, *Tuberib.*  
quod communis cum ligno putrescenti materia fa- *non qui Li-*  
cessat in Tuber. Quippe cum morbus ligneæ par- *gnorum*  
ti marcoris sit; est perfectio & nova Tuberis di- *communis*  
gnitas formari raptim in eam formam & rationem, *est marcor.*  
quam dixi, plus quam Dédalea spiritus architec-  
tione.

Vivant, an non vivant, quærerit ambigitque Plini- *Vegetale*  
us. Sed nos vegetalem vitalemque sine controver- *Tuber est*  
siæ metu sentimus: ad annum tamen ævum ejus o- *extra con-*  
mne constitutum est, tum ex ipso Plinio, tum ex A- *troversiam.*  
thenæo. Aristoteles etiam lib. 2. de Plant. cap. 1. &  
lib. 4. de Part. animal. cap. 5. Theoph. lib. 8. de Hist.  
Plant. cap. 1. & 9. Diosc. lib. 2. Medicæ Mater. cap. 139.  
& lib. 4. cap. 78. & Gal. lib. 8. Simpl. Tubera in Stirpi-  
um genere censuerunt. Quod etiam ostenditur,  
quia quæ per se augescunt atque excrescunt, hæc  
vivere sunt comparata: atqui Tubera per se, i.e.  
accreto conversoque in sui naturam alimento, qua-  
qua velis dimensa, excrescunt. Præterea, Baptista  
Porta authore, Tubera emitunt ex se turiones, qua-  
les asparagi sunt. Scaliger verò testis est de Tubere  
cum unico folio: quod ostentare potuit plerisque o-  
mnibus in museo asservatum suo. Denique quem-  
admodum Spongiæ marinæ post animantis non  
commeritam absolutam vivendi rationem suâ non  
carent vitâ; ad eum fermè modum Tubera post legi-  
timas plantas neq; ipsa desiderant plantarum vitam.

Protinus globetur eâ magnitudine, qua futurum *Moles Tu-*  
est, difficile non videtur spectanti vires cumulatissi- *berum non*  
mas & actionem citissimam valentissimamque spiri- *adeo mi-*  
tus effectoris, qui massam omnem uno simul actu *randa, si*  
*vim effe-*

*spiritus  
ζημώδεις  
species.*

fermentando, & abstrahere materiam, & conglobare, & incremento suo statim donare, & obducere, & perficere simul semelque valet. Quo fit, ut non mirremur sexaginta usque libras pependisse Tubera.

*Concreta ut  
ἔτερογένη  
cum Tuber-  
ribus cor-  
poris.*

Lartio Licinio Prætorio viro, ut Plinius lib. 19. cap. 2. refert; mordenti Tuber, deprehensus sub dentibus est denarius. Ferrando vero Imperato lapilli concreti sunt observati : ea de causa eoque principio, quod spiritus fermentator per festinationem, & cœco interdum consilio agens, fermentando simul materias abripuit, atque adeo heterogenem radicem fecit. Ita admirationem omnem, si æquo animo ferat, exhausimus Plinio : ita quæ Tuberum sit procreatio naturaque omnis brevi per cunctas fermè causas ostendimus. Sublatiore autem aliquanto ratione quasi sensui propinquiorem definitionem requiras: hac nulla melior, quam quæ producta est à Cl. Fortunio Liceto, Philosopho tempestatis nostræ summo lib. 3. de Sponte nascentib. capp. 3. 4. 5. eo maximè legenda, quod monstrat acutissimè syngeneam & univocam hanc procreationem esse. Præstat nunc Tuberosi corporis partitiones & observaciones, quæ nobis extant, expromere. Primùm autem à Ferdinando Ponzetto Cardinali Lib. 2. de Veneris cap. 23. prodita sunt hæc. Tubera similiter vocata tantum ea, quæ sunt veluti radices absque stipite ; distinguntur à prædictis Fungis colore, figurâ, & modo substantiæ: nec sunt adeo frigida & humida: & meliora habent medullam solidam & altam, & nascuntur in locis solitis producere incolumia, & præcipue arenosis. Quæ verò habent medullam tendentem ad opacitem sunt humidiora.

*Discreta  
Fungis Tu-  
bera.*

*Optima.*

*Locus pro-  
prius.*

Interim amicus quidam meus, cui Mutio Caponefco nomen, Asclepiada Samnīs, has mihi suas Tuberum observationes fecit communes. Proveni- *Tuberum*  
unt, inquit, in Samnio prope Nursiæ civitatem atq; *genera*  
etiam aliis ejusdem agri locis petroris & montofis *terna.*  
terna genera Tuberum, quæ vulgo *Tartuffi* dicun-  
tut. Alia quidem istorum sunt globosa, inæqualia:  
externè coloris nigri, cum cortice prope membra-  
neo, quibusdam distincta ductibus exilium venula-  
rum, internè verò subruffi; gustu suaviora, quam  
reliqua. *or* Alia sunt etiamnum globosa, sed non *ut*  
priora, sic inæqualia, cortice donata coloris inter al-  
bum & nigrum medii: intrinsecus autem totâ sui  
substantiâ sunt alba: quæ quidem edendo sunt, li-  
cet non ita suavia gustu. Plurimum autem reperi-  
untur in vineis, transplantanda ceparum alliorumq;  
modo. Alia denique nascuntur in campis, ambitu  
minora, ovorum non excedentia magnitudinem  
columbinorum, munita per interiorem faciem ami-  
culo nigro: substantiâ internè candidâ, quæ cocta  
igne redditur opacior, & fuscidula, est autem his  
externa facies æqualis figuræ ovi: gratissimus fa-  
por: neque deest radicula, qua succum è terra tra-  
hant suum. His educitur & suo tempore quidam  
flos sambucino similis. Dulcis hic triplex est pastus  
suibus, rostro sagaci perpetim hæc hinc inde quæri-  
tantibus. Hæc de Tuberibus nostratis brevi Ca-  
ponefco relatore.

Verùm aliter Alphonso Ciccarello Lib. de Tuber-  
rib. cap. 4. Tuberum genera describuntur quater-  
na. Nam aliquæ sunt subruffa, nigro cortice, gustu  
injucunda. Alia sunt candida, nigro cortice, insipi-  
*Tuberacca-*  
*carello qua-*  
*terna.*

da. Tertia sunt cinerea, nigro cortice, & aliis sapidiora. Et alia sunt nigra, cortice item nigro, & criso, aromatico, sapore dulci, & admodum sapido, cæteris præstantiora: quæ magnatibus maximopere in cœnis expetuntur. Hæc primo Mævenas auctor: qui mox, quasi se correcto, professus est unum Tuberum esse genus: quod sic placitum Dioscoridi, Galeno, Oribasio, Aëtio, Paulo, Rufo, Aretæo, Razæ, Avicennæ, atque aliis.

*Jacob. Veckero in Medica Syntaxi  
ætiologicè collectæ sunt hæ Tuberum notiones*

1. *Frigida sunt & insipida.*

2. *Aqueum præstant alimentum: crassius autem quam Cucurbita.*

3. *Sunt succi boni Galeno.*

4. *Melancholici succi Avicennæ.*

5. *Facile corrumpuntur in ventriculo.*

6. *Ægrè concoquuntur.*

7. *Colicam pariunt.*

8. *Venerem excitauit.*

*Tubera eduntur elixa in aqua & sale brevi tempore: deinde abjecta aqua priore rursus in aliam calidam translata, additis oleo, butyroue, pipere, zinzibere, & pauco aceto. Nec alia de his iste. Multo plura Ciccarillus in suo de Tuberibus Opusculo cap. 8. 10. 12. 13.*

14. atque aliis. Tradidit & de Tuberum natura, & præparatione gallice des Ruffes; sed falso de Tribulis inscripto cap. 10. lib. 5. de alimentis Jac. Fontanus hisce verbis: *Albis præferuntur nigri, si magni sint, inæqualem habent corticem, & durum, sintque recentes, & naturalis odoris adhuc participes, calidi sunt, & humidi in secundo omnibus juris generibus facile admi-*

*scen-*

*Iacob. Veckero in Medica Syntaxi  
ætiologicè collectæ sunt hæ Tuberum notiones*

scentur: cocti, & crudi possunt comedi, sed non laudatur eorum sapor. Multum gignunt seminis, licet alimento, quod ex ipsis provenit, terrestre sit, multos flatus gignat & succi melancholici magnum proveniunt. Nervis, capiti stomachoque nocent, & oris fætorem inducunt, ex nimio eorum usu Epilepsia oritur, & Paralysis. Ut hæ noxæ corriganter, lavari debent vino tum coqui sub cineribus, & bene mundati cum oleo, pipere, sale, limonum succo, aut auranciorum, possunt etiam coqui in pingui iusculo cum pauco cinnamomi, comedendi debent sub finem pastus, vinum purum superbibendo. Ita Fontanus: nunc postremum, qui fuerat à principibus primus quasi, perorantem plenissime ponemus Simeonem Sethi, qui in libro de Cibariorum facultibus scripta reliquit hæc: *Tubera* (τὰ ὑδενα) frigidæ sunt secundo gradu, humorem crudum gignunt, mali sunt succi, permultique eorum nimio usu colicos morbos, & Epilepsiam, & Apoplexiā nacti sunt. Oportet ergo antequam coquantur accurate, diligenterque curare, aquaque per aliquot horas madefacere, mox sale, Origano, rutaque in aqua coquere, cocta condire oleo, thymbra, pipere, & Garo. Horum frequentior usus colicos inducit morbos, & coquendi difficultatem; sicca autem si edantur, nocentiora sunt, difficiliorisque concoctionis.

Hæc de coquinaria Tuberum conditura. Cæterum ex Medicinali suo quopiam Apparatu. En Tibi Serapium de Tuberibus Leonhardi Floravanti Bononiensis Lib. 2. Physices cap. 10. descriptum.

Tubera sunt germina quædam terræ, quæ cyclaminis modo & figura producuntur: natura calidiora, & stomacho amica: cuius imbecillitati bellè consu-

*Syrupus è Tuberibus.* lunt: lotium crient, calculos atterunt renum atq; alia pleraque commoda coctioni inducunt Ejus Serapii conficiendi modus certè non operosus hic est.

Tuberum suo cortice liberatorum libræ ad manus sunt quaternæ. Melissæ libra. Cardui Benedicti libræ octonæ. Ferveant in aquæ s. q. dum residuæ sint libræ ternæ: quæ primum colo demissa, valida manu mox expressa, tertio postquam refederint, pittaciolo, ut moris est, destillata servantur in syrupum, quorum in singulas libras addito Aquæ stillatitiae Mellis drachmam, spiritus vini unciam medium. Conduntur moscho & aqua rosacea quanta videbitur. Quæ quidem conditura difficilè corrumpitur: quandoquidem Tuberis natura illa est, ut acorem non sentiat. Remedio est Syrupus cunctis penè malis interiorum partium. Corrigit harum intemperaturas, sanguinem reddit purum, venerem excitat, aliisque facultatibus pollet, per quas in Hispania & Regis Catholici aula memini me curasse valetudines longè gravissimas. Potui sumitur syrupus unciis binis calidiusculus: quo sumpto deinde non priùs pransurus est homo, quām elapsis horis quaternis: nec usui sunt edulia humentiora, aut putredini obnoxia, ut quæ vim hebetant medicamenti. Quòd si ipsum catharticum fortè fortuna parare vel sudorificum libuisset; utrumque equidem facile præstare consuevi per hunc modum. Catharticum quidem feci Senæ foliis Polypodio vino decoctis & commixtis. Cum autem medicaminis usus est, potabitur calidus unciis binis: cui si in strato quiescens horis duabus indormiverit homo, satius sibi faciet. Adhibitus autem plusculis diebus abolet dolores, ulcera, scabiem, & plerasque ali-

*Syrupi è Tuberibus nires.*

alias incommadas affectiones. Ad summum autem Tuberis proprium illud est , sedare malas omnes corporis immutationes, valetudinem inducere meliorem. Hæc ille.

Supersunt ab his Ferrandi Imperati singulares observationes: quas equidem conceptis suis verbis, nec ulla parte immutatis, quæ vernaculo, sed selecto sermone fuere conscripta, recitabo. Porrò par & utrumque mirificum in his compendium & absolutio.

Ferrandi  
Imperati  
de Tuberi-  
bus professio  
recitanda.

*Gli Tartufi*, dicit ipse , sono vegetali , di forma globosa ineguali , generati sotto la corteccia della terra , di sostanza callosa, tenera, atta a nutrire. Nascono in luoghi arenosi , & tra le sterpi. Li nostrati crescono per lo piu in grossezza di melo con corteccia nera, ruvida, & rimosa. La sostanza di dentro è di color latteo , & sono communemente grati al gusto. Sono altri Tartufi, che altroue nascono, di superficie liscia, pallidi più piccioli, ma al gusto scipiati. Alcuni se ne ritrouano, che contengono entro di se arena, & brecciuole, ò altra materia. Il che loro auuiene, perche il principio della loro generatione è l'humore, che pigliando consistenza sopra di tal materia dopo di ciò cresce. Cognosconsi li luoghi, oue siano concreati li Tartufi dalle rime , che iui fa la superficie della terra. Hæc ille glossemate nostrate.

Quibus alterum adde indicium per me Severinum, seu verius per Athenæum Lib. 2. Dipnosophistarum, Hydnophylli vocatæ herbæ, quæ supernascitur, quo substrata Tuber cognoscuntur. Quamquam hanc rem studiosè rimatus Carolus Avantius Rhodiginus Botanicus nostri seculi clariss. vix certi quicquam ad invenire quivit. Dubitavit verò aliquando ad me scribens vir solers, num fabula subsit. Cujus ego viri

Athenæi Tu-  
berum sub-  
stratorum

indicium

Hydnophyl-  
lum.

au-

auctoritate suadebar quoquo pacto. Verum hanc  
 suspicionem sustulit Scaliger loco ante citato, scri-  
 bens, servatum in suo sibi Musæo Tuber cum stipite  
 & oblongo foliolo. Alterum indicium ex Alphonso  
 Ciccarello Libro de Tuberibus Cap. undevigesimo:  
 quod super Tuberibus terra matre fœtis quædam ge-  
 nera muscarum circumvolitare gaudent: seu vapo-  
 ribus quidem allicientibus è calore putrido sublatis;  
 seu quod putrescentis circa locum materiæ vaporosæ  
 altera pars in Tuberum procreationem abit: alte-  
 ra est muscarum procreandarum materia. Hujus  
 quoque loci est, quod cap. 15. retulit Ciccarellus, au-  
 divisse se miram narrationem ex patre suo Claudio:  
 se saepius vidisse in agro Ceretano bajulum quen-  
 dam solo visu Tuba adinvenisse. Itemque rusti-  
 cum hominem quendam ductam suem rostro sagaci-  
 venata Tuba passim suffodere consuetam.

Tuberum  
 indicium  
 Ciccarelli.

Solo visu  
 cognitus  
 Tuberum  
 locus.

sus Tuba-  
 rib. inve-  
 niendis  
 dux.

Venio nunc ad tuam, Beslere, postulationem: quæ  
 de Lapide Fungifero per nos enarranda fuit: redeo-  
 que ad Imperati modo recitata decreta. Quæ ipsa si  
 conjunxeris his, quæ paulo superius ex ejusdem scri-  
 ptis relata per nos fuerunt, apertissima apparebit to-  
 ta sententia de Tubere Fungario, quam ipse profes-  
 sus est. Quam quidem quicunque sequetur, declareret  
 oportet prius (quoniam congener Tuberi ponitur  
 Lapis Fungiferus) Tuberis ipsius genus analogum:  
 quod primo quidem pertinet ad Tuber simpliciter  
 dictum: mox vero ad Lapidem Fungiferum, qui  
 certe vilioris & terrestrioris est ordinis: deinde o-  
 portet, ut doceat, qua tandem necessitate Fungifera  
 illa cartilago (genus nominabo cum Porta, Callo-  
 sam dixit Imperatus) debeat in genus Tuberis refer-  
 ri.

ri. Quam cùm minimè exposuerit Imperatus; nos, qui successimus auditores, exponemus.

Causa, inquam, multiplex. Prima quidem alta & laxa, ut in quam minimè plura genera rerum ordinē contrahantur. Secunda ratio propior & adstrictior: quia substantia videtur Tuberacea, nimirum colloſa tum Plinio, tum ipsi Imperato. Hæc quidem simplex est hujus substantia. Cæterū est & his composita ex arenosa portione, quæ communis est utrisque corporibus. Tertia: quia respondeat color externus maximè i. e. facies pulla aspera & rudis: nec non internus color, qui paucā parte lateus est, licet pullo altero terræ colore interstinctus. Ad hæc duritie modus est medius inter durissimum & mollissimum. Nam neque durus est, ut Lapis, neque mollis, ut Fungus. Medius quoque inter terram & lingnum modus. Adde, quod rarius est utrisque corpus. Taceo, quod vegetant utraque, & per semet ex crescunt. Utraque sub prima terræ conduntur facie. Per hæc & alia fortasse pleraque plurimū consentire videntur Tuber simplex & Tuber Fungarium inter se. Haec tenus hæc quidem nostratum Scriptorum de Tuberibus opinione fuisse: quas singulas ordinatim oportet expendi.

Primum autem Lyncurium, ut isti volunt, esse Fungiferum nostrum Phyma ( $\mu\gamma\eta\tau\circ\Phi\imath\mu\alpha$  nos dicimus) quis diu patiatur ē nostris omnibus, qui scimus nostris in terris Lynces non extare, neque na- sci, scimusque sic affatim  $\tau\circ\iota\alpha\upsilon\tau\alpha\mu\gamma\eta\tau\circ\Phi\imath\mu\alpha\tau\alpha$  pro- venire? Nam neque ad pervidendos Lynces lyncei oculi requiruntur: neqne verum est in Ligurum oris copiosa esse Mycetophymata hæc: tantum

D

abest,

*Nomenclatura per Imperatum**impostarationes omnes.**Respondentes Tuberibus**Tuberum Fungi-**ferorum rationes &**modi.**Adversus eos qui Lyncuri-**μυγητό-Φυμα νο-**λυρνη.*

Strabonis  
 credulitas,  
 & receptio.  
 Fungi rese-  
 ti peduncu-  
 lum, in ma-  
 trice residu-  
 um, lapide-  
 scere, fal-  
 sum. Quam  
 quam A-  
 vantii do-  
 etiss. obser-  
 vationi ad-  
 versum,  
 pluribus  
 experimen-  
 tis mihi  
 compraban-  
 dum est ex-  
 actius.  
 Infirmitum  
 Imperati  
 decretum  
 nova no-  
 stra obser-  
 vazione.  
 alia obser-  
 vatio no-  
 stra.  
 spongia de-  
 scriptio.

abeft, ut hic crebri visantur Lynces : quod Strabo prodiit, à falsis narratoribus, credo, doctus. Neque etiam omnino verum, ἐν τῇ μυκητοφύματι. Fungi partem pedicularem relictam in silicem, nisi extra terram, durescere: atque ita semper crescere Lapidem restibili fœcunditate. Neque enim, quod tradidit Hermolaus, si de nostrate Mycetophymate, suas in manus delato, sicut certè videtur, tradidit hic idem; eam nos duritiem in reliquis Fungorum exsectorum observavimus in quibusdam φυμομυκητοφόροις Horti Camaldulensis. Verùm Imperati placita expenda-  
 mus. Cujus quidem, ut pleraque omnia plurimum suadere videantur ipsam naturæ specimen referentia; nihilo tamen minus, si hoc mihi condanârint Imperati manes, aliud ab his est, quod credere, verius nominare debeamus. Nimirum adverti terræ dodrante obrutum τῇ μυκητοφύματι molliusculum contrectatu, quod eminebat tuberosorum excessum: quorum exemta portio postquam in arido loco servata fuit mihi, postridie forte recepta in manus, durata omnis lapidis formâ se obtulit, quod factum est, posteaquam humor, à madore terræ inditus, expirasset in auras exsolutus.

Aliud etiam observavi: consitum in hortis unum idemque μυκητόφυμα per Aquilonii venti flatus rigentium constatu, quod mox per Austrorum afflatus cedentius digitis redditum est. Ita videlicet medium se exhibet utrique affectioni & duritiei & mollitudinis: quam vicissim accipit pro vario subeunte causarum incursu: non aliter profectò, quam Spongia, quæ rimosis conceptaculis & multipliciter flexuosis anfractibus undique pervia novâ qua-

quadam ratione vasculi miro naturæ artificio fabrefacti complexis in sese quacunque sorte insinuati deciderint humores, ab horum quidem liquido lævre nonnullam primum induit mollitudinem ac teneritatem. Verùm iisdem buccis pro volentis arbitrio elisis atque exhaustis arenem rursus adipisciatur formam, rigentemque quem amiserat, habitum restaurat. Hanc igitur hypotyposin, nuperum hoc mentis idolum, quæso Te, Beslere, sequamur: eamque non amplius μυκητόφυμα, verùm σπούγγομυκητόφυμα genus hoc fœtabuli terreni Fungipari censemus. Porrò huic nostræ novæ appellationi, præter Σπούγγο hanc, quam dixi, ad durum & molle habitudinem æ- μυκητο- quam faverit corporis raritas prima, tum inæquali- Φόρες com- tas, tum color, tum alia, quæ mox subdidero; si mo- probatio- dò quam hujus vegetabilis formam notavi, jam ex- nes. ponam. Corpus enim (quod plurimum fieri solitum est) cubicæ formæ terrâ suffossâ obrutum ad summum usque sed tamen extremâ aërem facie spestante, quæ tuberosa est, variè subnigra, maculis internè albicantibus aut cinereis, fungosâ & fibrosâ specie quadam ligni friabilis. Quali ad unguem denique forma descriptos vulgo circumferi suetos se vidisse refert Andreas Cæsalpinus Lib. 2. de Metal. cap. 45. Præterea sapor & tactus mixtum quid tum ex ligno remollito, tum ex terreno pulvere coagmentum redolet. Quare hinc aspritudo, illinc molitudo offertur denti experimentum captanti.

Quod autem maximæ admirationi est, liquidò ferè, qua jam appareat hæc, de qua sermo, non abjecta & vilis compago terræ, vel extrementum, ut Costæo, in hac alioqui re minus consulto, placuit, neq; natræ abor-

tum aut erratum; verum vegetabile corpus, nullo non studio curatum atque directum à Conditore, si-  
ve mentibus laboriosis exacuendis, sive corporibus nostris fructuose alendis: quod sollicita tutatrix na-  
tura legitimo circumtegumento munivit: non tenui,  
*Legitimus  
huic fossibili  
regmentis  
usus.*  
quod offensa facili detereretur, sed crassiore & firmiore, per quod injuriis obsistere quiret. Ita scilicet istorum τῶν ἐνωποίων provide cavit, ita usum spectavit opifex beata. Cæterum rugosam ei faciem indidit: quod factum credo una contrectationis & extensio-  
nis sua, qui σπόγγης est, commoditate ac necessitate. Præterea, quod amiculum si semel amittitur, ipsi sibi fossilis natura brevi restaurat, admirabile quoq; est. Fit autem subatrum hoc tegmen humoris portione, quæ extra suffusa fuerat, ab externo plurimum calore, ab intimo fortasse magis exhalatu exsiccata.

*Color suba-  
ter hujus  
fossilis.*

I. Præter quas sunt & hæ observationes.

Primis quidem diebus surgit Fungus totus: secun-  
dis ex crescere: tertii consistit: quartis deinceps ne disperit quidem, sed quasi vetus obdurescit sic, ut fi-  
at esui minus idoneus.

II. Referunt autem observatores nonnulli probati, pediculi reliquias insigni tum instrui duritie. Quam rem ut non miremur, facit illud Ciccarelli cap. 17. Libri de Tuberibus adnotatum: Tuber pondo libra-  
rum LX. miraculo servatum, lignosum, & aridum e-  
vasisse. Quamquam illud huic generi extra terram posito advenire, minus magna res videri debet, ut ante præmonui.

III. Incrementum ejus inter Fungos omnes enorme. Ex bipedali quippe substrato corpore pedali & amplius latitudine venit umbella.

Necessum est fomento matricem humido nutrire. Siquidem amens illa Fungeas altori tibi escas fœneretur.

IV.

Educta enim de germana sua terra, nisi refosso ampliter loco pristino, in quo sepelias universam, sepultamque contegas humo vel totam, vel tantum non integrum, singulos in dies irrigans aqua, fœtrum haud tibi promittas.

Est autem, ut cum minimè alitur, suo, ut dixi, humido privata contabescat, & extremè inarescat.

VI.

Sic coloris quandoque varietas oritur. Nam bene <sup>Coloris var-</sup> lætis ac vegetis hisce fœtabulis junioribus fortasse <sup>ties unde,</sup> color est, qualis ab Imperato describitur, tuberaceus videlicet: senioribus verò, aut negligenter cultis fæculentus i.e. subrufescens & rancidulus i.e. ligni ample corrupti color est. Quamquam sunt & qui terrarum procreaticum diversitate, vel ligni, quod putrefascit, habitudine prima colores fieri vel hos vel illos volunt.

Porro Ruricolarum est opinio, qua volunt ex confessis particulatim Fagi segmentis, & diu vel humore terræ vel imbre cœli computrefactis procreari per filvas ejusmodi vegetalia, quod & cortici Populi vel albæ vel nigræ particulatim conciso & fulcis stercoratis mandato fieri, scripsit in 2. quo de Populo Dioscorides. Quam guidem transmutationem ut Fago advenire quemadmodum & Populo non dubitarim; ita perpetuam hanc Mycetophymatis procreacionem non concesserim planè. Verum hæc atque alia pleraque ad pleniores & certiores nostras observationes servo.

Observatio quoque nostra est: quodcumque aut

qualecunque sit hoc corporis (est autem meo quidem judicio radix: non aliter sanè quàm Tuberi sola radicis forma tributa est,) sive longinquitate temporis, sive loci importunitate, sive aëris ambientis insolentia, sive nimio aquæ madore, sive alia quacunque inimicâ circumstantia corrumpi sic, ut digitis atteri, & luti, cui ferrugineus color sit, modo conformari queat, ita videlicet lenis, ita mollis, ac prope cerea putrefactu redditur suo, Quæ res ostendit scilicet haud Lapidis fossilis substantiam aut terream absolute. Talis quippe neutquam corrumpi visa est: neq; corrumperetur præ summa sui siccitate. Verum quia mador nonnullus inest, & σποργυρειόης i. e. molliusculum potius quàm lapideum est corpus, ad hunc modum luti formam acquirit putredine.

Verum enim illud addi oportet, hanc eandem ceream, seu dicam verius, lutiformem diathesin haud diu servari: verum si diutulè digitis atteratur, molliusculum illud & figulare corpus minimis subinde momentis exarescere & in friabiles quasi arenarum particulas facessere. Adeo verum est scilicet inter duritiem & mollitudinem medium seu neutrum hoc vegetabile esse.

Verumtamen haud plurimum affundendum est humoris, ne nimium disfluens inde conteratur vividus ejusdem calor, & paulatim emoriatur.

Ad summam enim, ut Fungiferum edendis suis germinibus proficiat, ad viatum ejusdem & vitam, qui sibi natura comparati sunt, spectare colentem oportet. Videris enim hos in silvis sub fagis & sub frondosis aliis arboribus, opacis videlicet locis ex arborum frondibus udo nativo maceratis ali, vigere, ger-  
mi-

minare feliciter. Ad alia verò loca traductos non  
item: nisi quām simillimæ fint sedes mutatæ.

Hac igitur naturæ norma proposita facile appetet  
procuranda eorum conservatio situ locorum non a-  
renti, sed pinguisculo, qualis & Fungis omnibus  
communis est: in opaco magis, quām in aprico, se-  
cluso solis omni collustratu, sub australi vel meridio-  
nali ora potius, quam Septemtrionis. Humor autem  
quo nutriri debent hæc vegetalia potius intrinsecus,  
quam extrinsecus, ipsis esto, h. e. cui genius ipsius fa-  
veat, non cui reluetetur. Hæc quidem probabilis  
nostra conjectura super hac re fuit; consentiens alio-  
quin his, quæ rerum periti de cultu Fungiferi refossi  
consulti retulere. Cæterum quæsita rerum & tem-  
poris occasione certiores ac potiores in dies observa-  
tiones ejus rei comparare licebit.

Verum jam satis de Fungi matrice dictum est. *Fungi par-*  
*tes tres.*  
Nunc de Fungo ipso pauca. Portio Fungiferi triplex.  
Una, quæ sub terra, radix & fibræ colore pullo. Se-  
cunda pedunculus albo luteus. Tertia Fungi umbel-  
la. Singula describamus. Radix propemodum arbo- *Radix.*  
rescentem processum refert. i. e. indivaricatum: scis-  
filis est, & geniculata, ut Zinziberis Penæ, Iridis silve-  
stris Matth. Iridis, Chamæiridis, & Iridis Polyanthes.  
Radicis extimæ fibræ sunt veluti capillus tenuissime,  
ac variè implicate crispeque, quales ad unguem stipi-  
tis Oryzæ sunt paleæ minutæ. Fungi germen pri-  
mum & stipes, si plenis suis numeris adoleverit, digi- *Stipes lon-*  
tali usque longitudine attollitur: infimo pediculo ni- *gus adultus.*  
xus, quo magisterreæ propinquat, gradatim tenuio-  
re. Cui Fungo primum erumpenti vesicula major *Fungi pri-*  
est gemmæ vitis magnitudine, aut paulo majore: *m9 exortus,*  
quæ

Fungis suc-  
ci acidulus  
sapor.

Umbellia.

quæ digitis compressa reddit humorem aquæ specie,  
saporis aciduli gustu. Est autem Fungus facie, qua  
cœlum spectat, umbilicata & levi: inferiori vero  
continenti serie distincta punctulis quam creberri-  
mis & alveolis minutissimis: quorum diligentissi-  
mum quasi exsculptum observaveris non sine jucun-  
ditate nec sine formatoris Opificis admiratione.  
Quamqnam hæc & τοῖς ξωπύροις communis est effigia-  
tio. Asservatus in Assula Fungus sexto à decerptu  
die, suo ipsius madore resolutus emarcuit, liquata  
quidem umbella, non sic tabefacto pediculo Fungi  
proprio, solido spongiformi manente. Esta autem e-  
su non ignobili, licet callosiore, ut aiunt, manducatu.  
Hæc autem singula sunt observata in Spongofungi-  
fero, quod in Divi Martini Carthusiensis horto Mu-  
nificentiss. Antistes D. Joannes Baptista Bizantius  
meis his usibus curavit alendum.

Novum ali-  
ud judici-  
sum & de  
Fungifero  
sententia.

Ratio I.

Ratio II.

Hactenus hæc nostra prior cura priorque medita-  
tio fuit. Novum nunc sequitur examen ac castigati-  
or παλιλογία: in qua probabiliorem, ac firmiorem  
fortasse sententiam de Fungea Matrice sum prolatu-  
rus. Et rectè quidem, ni me mea mens fallit, nomi-  
navi Fungeam: quando talem hujus substantiam de-  
clarant pleraque multa: quorum primum illud fue-  
rit, quod Tuber hoc & τὸ φύμα luculentam analogi-  
am & sympathiam habet ad lignum i. e. ad arborem,  
quam hederæ more sequitur: amatque circa arbores,  
quæ sunt Ilices, Orni, Tiliæ, & Fagi, umbrosa cacu-  
mina, & opaca, principio sata, propagata, conversa-  
ta, & ævo longo conservata. Adeo, inquam, ligno est  
analogum Fungiferum vegetale, ut multis imposue-  
rit, volentibus, ex arboreis segmentis diu corruptis  
ge-

genus hoc erumpere: deinde quod ligni putrescentis modo Fungum de sese edit & emittit: qua eadem putribili affectione & ortum Fungo communem habet. Præterea vel Imperati testimonio analogum est Ratio. III. Tuberi. Quod Tuber ἀναλογεῖ καὶ αἰδελφίᾳ pro confesso Fungis adeo, ut sub uno eodemque genere conjiciantur à Scribentibus: & jure merito quidem: cum complura habeantur in natura communia, quæ facile cuiquam ex relatis possunt apparere. Quid quod Ratio. IV. externa substantia vegetans, & in sobolem perpetuo gliscens odore, colore, sapore fatuo, videlicet contreditu, germinibus denique prodit se Fungeam: id est molli quadam duricie, vel dura mollitie, quæ Cartilago est Portæ, Callus Imperato. Quoniam autem germina nominavi: una obducta Tuberi inter alias est particula, quæ crustam refert & ligni-formes Fungos in Tiliis & Fagis oboriri consuetos: qui humano postmodum opificio comparantur in fomites igneos: quos ξώπυρα Græci vocarunt. Refert etiam, ut adver- Ratio. V. ti, substantia fibras venasq; Fungorum liquido sic, ut illud observanti non liceat ambigere de Fungi natura.

Hactenus ex multis monstrata τὴ μυκητώδες corporis est idea: quod ipsum, quæso Te, cui satius ordini conferas & componas, quam Fungorum? Porro si genera universa percurreris, non aliud pōrro videbitur, quam Fungus immersus & obsitus solidiore compage corporis: hic μυκητοταφεῖς dicetur, vel, si mavis, μυκητογεοβύθις: per fermentum conglobatus, spiritu ἔνημαδη agitante & commisceente terrram ligno putrescenti analogam, una cum crasso, viscido, & pinguiore succo, quem Plinius arborum pituitam appellavit Libr. 22. cap. 25.

E Qua

Qua nostra descriptione atque opinione per omnes causarum ordines, uti vides, probata licebit unicuique facile problemata & quæstiones complures resolvere. Nam quod excrescat, ut Imperatus ait, in centum librarum molem: tum id quidem in spongioso corpore continuo se dilatando, Fungi genius facit, & spiritus, si me audis, ξημώδης, tum substrata initio terra συγγενής & concordans, tum succi ubertas, tum uliginosi loci proportio: postremo, sed non postrema energia ignis subterranei, qui nostris hisce cœli tractibus viget; quam rem prodidit memoriæ Strabo Lib. 5. Geograph. & hoc auctore prior Pindarus πυθίων initio fere. Geographi græci verba Latina si volueris, hæc sunt. *Probabiliora sunt quæ Pindarus dixit, ex iis, quæ apparent, ratiocinari orsus.* Apparet autem totum maris trajectum, qui à Cumis ad Siciliam usque pertingit, ignitum esse, & in profundo habere cavernas quasdam, & inter se, & continentis continentias. Quamobrem & eam Aetna, quam omnes memorant, ostendit sui naturam, & Lyparaeorum Insulæ, & loca Puteoli, Neapoli, Bajisque propinqua & Pithecusæ. *Quibus consideratis Pindarus toti isti regioni subiectum ait Typhonem,*

*Cujus pectora nunc premuntur hirta  
Litorum tumulis mare, quæ profligant  
Cumarum super urbem  
Ipsiisque solo Trinacriæ.* Hæc ille.

Inde igitur est, quod nostro duntaxat cœlo, nullis aliis sub oris genus hoc fossilis reperiatur: quod nostrum alterum fuerit Problemata. Tertium est: quod arborum surculos, lapillos, atque alias terræ quisquiliæ in hoc concremento repereris. Hæc autem sola spiritus ξημώδες est corrasio.

Quo-

I. Problema.

II. Problema.

III. Problema.

Quoniam autem cum Tubere Imperati Fungario  
σπούγγοπετρομυκητόΦορον nostrum contulimus; confe-  
ramus utrumque alias absolutè i. e. nulli attribute:  
præstantiam utriusvis curiose disquirentes: ut nul-  
lus p̄fecto laboris hujus sit excessus, quem nos am-  
pleteentes Beslero nostro non expleamus.

Ex altera quidem parte videtur Tuber Terræ no-  
bilius: ut qui fructus teræ jam terminatus, & usibus  
hominum i. e. alendo comparatus: item medendo  
præter quam ornando accommodatus. Deinde for-  
ma dignius & sincerius, quam Fungiferum nostrum:  
quod alioquin informe ac deformē, quin etiam bi-  
corpus, aut etiam tricorpus est, ut monstratum fuit.  
Quare imperfectius & emendicatius est. Hæc sua Tu-  
ber terræ jactat dona.

Nihilominus contra Fungiferum nobiliora sua fa-  
cit bona: quod plantæ perfectæ proprius fit: quippe  
inferne superneque vegetat, & fœcundum est singu-  
los in menses, aut saltem binos.

Præterea hujus effectio elaboratior, operiosior &  
 numerosior est: ipsum vero firmius & perennius:  
ad cultum, altum, medicatumque mortalium sem-  
per aut sæpius utile.

Ad hæc insignius, & mirabilius, admirationemque  
alens pluribus modis, qui per nos ante constitere.  
Quare jucunditatem cum utilitate complectitur.  
Quæ & quot dotes Tuberi non insunt utique.

Observabilior, & spectabilior in dies ejus sobolis  
est progressus.

Principibus viris carius & speciosius: itemque  
philosophantibus, ut Beslero, magis prosecutum.  
Denique semper & indistincte melius.

Quibus jam omnibus de Fungiferi natura <sup>θεωρουμένοις</sup> atque discussis, deinceps hæc atque alia pleraq; Problemata, Beslere peritissime, facili per hanc nostram rationem negotio resolveris. Cæterum nostra appellatio, ac de idea fossilis opinio discernes etiam pari felicitate quām longè præstet Imperati- nā: quando nos univoca & συγγενή producimus: in Imperati verò opinione Fungum inter & Tuber tanta est disparitas, quanta duorum generum æsti- mari potest ἀλογία: & præterea tanta est distinc- tio accidentium, & numero & gravitate spectabilis; ut pigeat me nunc rēferre tum longo enarrandi tæ- dio, tum Præceptoris alioquin consultissimi reveren- tiā. Præstat multò gravissimas & extremas aggre- di observationes, quæ per Analyses Hermeticas com- pertæ fuerunt & mihi & Josepho Donzellio Neapo- litano τῇ ἐγγατῶν Spagiricorum primo, meo & egre- gii Viri Joannis Georgii Volckameri amicissimo: qui suapte manu rei voluit totius allaborator esse. Igitur pandam ordine, & ad amissim τὴν πραγματείαν, ut se prodidit per tractando massam Fungiferi ru- diter contritam, pondo libra. Vas vitreum vix in- flexum ventre nonnihil ample superpositum est i- gni, principio quidem non admodum multo, mox vehementiusculo. Propulsæ descenderunt stiriæ quipiam humoris pellucidi, sapore fatuo. Postmo- dum auctiore igne visus est prolici liquor luteolus, fuscidior, guajacinæ destillaturæ similis, qui guttula- tus dum pergebat, vidisses plurimum in excipulo vase undique fumum album circumfluere & attol- li, non aliter, ac si chalcanthi spiritus elaboraretur. Quo temporis puncto dum vas excipulum vehe- men-

*De nostra  
appellatio-  
ne atque  
opinione ju-  
dicium.*

*admini-  
stratio al-  
chymistica.*

*aqua fa-  
tua.*

*Oleum Gu-  
jacinum.*

mentissimè exæstauret, refrigerari per nos continenter & contemperari, donec prodierit ejus aquæ libræ semissis, passeti coloris, odoris, & saporis ecclesiæ Guajacinæ adeo similis, ut hanc atque illam extillationem in æquis phialis æquè plenis haud discrevissem equidem, ac dixisse numeris omnibus æquas. Simile quoque licet aliquanto crassius oleo Guajacino per vitrum extillato, visum est excipulo adhæfisse oleum, quod ad proximam flamمام adhibitum illico exardebat, quod oleum tamen præ materiæ paucitate paucum & ipsum fuit. Fuit autem, quæ destillatione defluxit, aqua cum spiritu cumque oleo commixta: quod factum est, certò credas, una ignis violentia, quali alioqui aut quanto ad extillandam materiam crassam & terrenam fuerat opus. Exæta est hæc omnis opera sex horarum curriculo. Quo tempore disrupto vase repertus carbo aterrimus, sic manus inquinans mordicus, ut vix aqua elueretur. Ex quo Carbone comparatus ulteriore igne cinis contritus, colore pullo i. e. proprio terræ, miculis scintillantibus plerisque nitidus est. Cujus, & Carbonis, & Cineris itemque Salis fixi mittuntur particulæ, Qui Cinis quantum est digitorum attritu lævis, tantundem est peracris & aciduli gustatus linguae: adhæsus quoque firmioris, quam una aut altera hora aboleatur.

Sal exceptus est, sapore quidem acerrimus, quan-  
titate perquam modicus: multo major Olei portio prodiit, Spiritus, quem vulgo vocant, maxima: Ci-  
neris verò inter omnes partes uberrima. Qui Cinis  
æquè ac Spiritus acore nobili atque inseparabili tin-  
cti mansere. Ut etiam atque etiam confirmetur ani-

*Confirmations  
placiti nostri  
cumulatissima.*

mus in ea opinione, quod fermentator spiritus πάντος πραγμα crearit. Cujus acoris ergo fit etiam, ut præclarè λιθοντεῖσθαι natura sit hoc fossile. Confirmemur item oportet ex eo, quod olei guajacini, quin cujusque destillati ligni refert odorem, colorem, saporem, vigorem; ut stabiliamus, & Fungeam & Ligneam hujuscemodum fossilis substantiam, h. e. materiam, formam, uno verbo, naturam esse.

*Peroratio.*

Quæ nos ad hoc tempus commentari de hac re primi valuimus. Alias de eâdem fortasse per otium plura & meliora. Tua jam, Beslere, solertia ex cædua nostra silva longè majora & graviora lignabitur. Interim quod ad medicinales istorum vires attinet, sic habeto. Capto mihi Spiritus è Fungifero extillati experimento, vulnerarium hunc compertum: & vulnerarium sic probatum, ut ejus ope solius ex umbone, qui ad folliculi lusum cubito obducitur, per vim illis vulnus inferiore labio transfosum curarim equidem quatridui spatio. Fungi autem arefacti pulvisculum audivi Medico cuidam in Calabris usitatum felici Pleuritidis & Nephritidis remedio: quod abscessum aut mature dissolvit, aut suppurationem jam disrumpit ac purgat. Pauca hæc & rata medicaminis hujus sunt effecta. De cujus ego virtute mihi policeor majora, quæ cum patuerint, non ero lentus adnotare, ac sedulæ tuæ, Beslere, expectationi significare. Bene vale. Scribebam in Museolo meo Neapoli paucis aliquot ante Calendas Decembres M DC XLII.

*Medicinales Fungi-  
feri virtutes.*

DE

# DE LAPIDE FUNGIMAPPA HYPOMNEMA MARGI AURELII SEVERINI

Ad

*Eruditissimum Virum & Medicum eximium  
JOANNEM SIMONEM A GRATIA,  
Gratiosum Amicum suum.*

**G**enerationem agnoscere Lapidibus novum non est: Progressa  
dissertatio  
à duplice  
Lapidum  
generatio-  
seu quidem hanc edant, seu recipiant. Naturæ nimirum omnipotenti placito summi Conditoris arduum est nihil. Sic, quod ad prius attinet genus, Mythologi prisci, qui singula naturæ facta sub certis figuramentorum imaginibus obvelârunt, Hominum mortalium fationem è saxorum soliditate deduxerunt: atque adeo Virgilius Georg. I. cecinit,

*quo tempore primùm*

*Deucalion vacuum lapides jaetavit in orbem:  
Unde Homines nati, durum genus.*

Generatio  
materialis.

Quam rem, credo, commentus est Poëta naturæ nostræ indicandæ ergo: quorum manus, labores improbos in artibus exercendis quotidie sustinentes, duriores perstant ipsis Lapidibus, qui atterunt in dies atque in annos, non attritis nervis nostris. Lrides quoque, sicut jam pridem audisti, Fungos umbellatos è sinu suo produnt. Rursum autem & stirpes quasdam edi de saxis receptum est etiam à doctissimis Peripateticis Nimirum quòd tum ex aliena lapidi mixta materia, tum ex altera intra lapidem insinuata manare liquores ac pullulare plantas observatum est. Hactenus attigimus energeticam i. e. ab ipsis non ex ipsis conditam pro-

*Generatio  
per accre-  
tionem.*

procreationem: si modò energetica est hæc functio, non eidem analoga, quod liberiùs quispiam admittat. Verum de altera procreatione, quæ per acretionis & adhesionis coagmenta fit, jam me compono dicturum.

*Descript.  
Lapidis  
Fungimap-  
pæ.*

*Fistulosi-  
sites Fun-  
gimappæ.*

*Sapor stipi-  
tum degu-  
statorum.*

*Facies fa-  
licis degle-  
brata.*

*Appellatio  
Fungimap-  
pæ.*

Est Lapis, de quo agitur, Coticula parva, ovi anserini longitudine, sed eodem complanator. Si perconteris de magnitudine cotis, unciolas tres examinata pependit. Ecce jus diametro circumquaque surgit seges capillamenti, recti, digiti pollicis infantis longitudine, colore candidissimo, rigentibus setis: quæ cuspidulæ extrémæ, siquidem, obtutu diligenti & acri spectentur, acetabula & cotyledones referunt exilissimos. Visa est nobis hæc habitudo tota bambam canam referre. Quibus tamen pilis instructissima cos plurimâ parte deglabrata est: seu quidem extremo squalore collapsis: seu frequenti manuum attricatione detrimen- ta passis. Cæterum hæc fila dentibus attrita gustatum linguæ salsum excitavere, terreumque echini marini spiculorum sensum stridentem reddidere. Qua delapsi par- te capilli, facies totis asperior & hispidior: ut cognosce- res inde relicta vestigia decussorum pilorum. Quamquam indicâsti mihi scitissimis literis tuis, Simon Gratiose, silve- scentes saxo multos ac tenuissimos quasi capillos summis suis apicibus tenus communi obductos umbellâ, & convexâ propemodum fungâ patellâ. Quam ob causam Fungiferum an Herbiferum Lapidem ambigere Te, disertis verbis es professus. Qua cæteroquim umbellâ non compertâ credidi facile longinquioris agitatione vecturæ decussam. Hac igitur τὴ ἐπιγεννομένη particula, quam non vidi, sup- positâ, licenti in re nova vocabulo ausus sum vocare FUN- GIMAPPAM: quòd Fungea soboles mappâ quadam indu- ctâ supernè contegatur. Ipse, Simon, qui polles ingenio tam præstanti ac tam perspicaci, si nomen aptius inveneris, quæso Te, non gravatè substituas & accommodes. De quo Naturæ lusu quid judicem stricto verborum compendio sum dicturus.

Est hic Siliculus aliùs longè naturæ quàm Fungiferus, *Fungimappa*-  
aliàs per nos enarratus. Hic nempe parit interiore prin-<sup>pa</sup> aliud  
cipio Fungos: *Fungimappa* verò, præterquam extrinse-<sup>genus,</sup>  
cùs, ab se nihil habet. Enimvero per alienam accretio-<sup>quàm Fun-</sup>  
nem pari segetem hanc indubie puto: non aliter quàm in <sup>giferi legi-</sup>  
<sup>timi.</sup> multigenis corporibus accessisse concrementa notavit in  
aureolo de Sponte Nascentibus Opere disertus æquè ac  
sapiens Fortunius Licetus: quo nos auctore plurimùm usi  
sumus. In Plántis quippe sunt hæ generationes. Coral-<sup>Generatio-</sup>  
lum, marina stirps, super fictili radicibus actis germina-<sup>nes varia</sup>  
vit. Palma in lapidea basi statuæ Cæsarlis Dictatoris, quæ <sup>per acre-</sup>  
in Trallibus fuerat, orta est. Ad hæc in aris lapideis coa-<sup>tionem,</sup>  
litas stirpes: in Lysandri statua concretam coronam ex her-  
bis asperioribus legimus. Denique Filix, seu Palma Fili-  
cis imagine, Abies marina, Fucus capillaris, & alii Fu-  
ci, aliaque adnascentia germina Ferrantis Imperati, ad na-  
turam omnem pernoscendam parati, ductoris olim ad Bo-  
tanicen nostri clarissimi. Hæc de stirpium genere. Ex  
Animalibus verò. In Cervi cornu enata Hedera visa est:  
atque ex cornib⁹ arietis Asparagos expullulasse: nec non  
ex Cranio humano Corallium & Muscum ortum invenisse:  
& è dorsi spina enata planta est, cuius ideam apud Illu-  
striß. Equitem Cassianum à Puteo videre est. Cæterūm  
ut de Metallis sermonem compleamus: ex æreo Tripode  
Platanus aliquando profiliit. Ex ænearum statuarum ca-  
pite nata herba Cephalalgiæ consuluit. Et in medio mar-  
more subortam vixisse viperam tempore Martini V. Pon-  
tificis compertum est. De quibus ortibus omnibus per-  
hibuere primùm Veteres Historici: mox Cl. Fortunius  
Licetus Lib. cit. de Sponte Nascentibus Lib. 3. & 4. Nos <sup>privata de</sup>  
de nostro *Fungimappa* vestigemus jam aliqua. Certum  
est hujus procreationem in saxo convenire cum his, quæ <sup>*Fungimappa* differ-</sup>  
dudum relata sunt de coralliis & stirpibus, quæ in statuis  
lapideis concrevere. Quorum aggernerandorum & edu-  
candorum ratio communis exposita primùm est ab Ari-  
stotele Lib. 4. de Plant. cap. 44. Cujus verba sunt hæc:

Arist. do-  
étrina de  
his quæ La-  
pidib⁹ in-  
sus est aër, ascendere nititur. Dum autem viam non  
nascentur, invenit ob lapidis fortitudinem, redit, seque ipsum  
aëer calefacit, & humorem, qui in lapidibus est, re-  
liquum trahit sursum: exitque vapor cum humore il-  
lo cum partium lapidis minimarum resolutioe. Ete-  
nim frequens mos lapidibus est, ut eos sol juvet per  
suam coucoctionem. Et ad hunc modum ex illis Plan-  
ta fit: quæ non ascendit, nisi propinqua terræ aut  
humori fuerit. Nam plantæ substantia terrâ indiget,  
& aqua atque aëre. Consideretur itaque Planta:  
& si prope solem fuerit, nascetur celeriter: si verò  
ad occasum Sol fuerit, tardabitur. Hæc Aristoteles.

Enarratio  
dictorum  
Arist.

Cujus ut sensum assequamur, intelligere nos primum oportet, ad uniuscujusque corporis viventis obeundam procreationem, quemadmodum & in aliis omnibus, duo-  
rum interventu principiorum opus esse, calore, inquam,  
& humore: hoc quidem materiæ substratæ usu: illo ve-  
rò ut motore ac formæ productore. Et hic quidem am-  
biens aëris est calor: qui Philosopho auctore, quia nus-  
quam non est, & nuspam non subit, comprehensus in-  
tra lapidis prærupti poros evolare (qui suus levitatis est  
raptus) extrorsum conatus, per angustias loci cohibe-  
tur. Egressum autem & regressum identidem longâ die  
factitans, partim agitatione istâ, partim accedente nul-  
la ventilatione concalescit. Interim, quam attrahendi  
facultatem calore comparavit, hac & humorem, qui la-  
pidibus acquisitus est, sursum attollit, dum exeundi vi-  
am inveniat. Acquisitus, inquam, humor adventitius,  
sive qui per venas inaspectabilis lapidem penetrat & per-  
vadit. Inde prodit vapor, & aëre crassior factus, & re-  
mixtus humori, sub quo fuerant multa stirpium corpuscu-  
la, atque adeo particulis saxi minimis ab aqua guttatum  
illapsa,

illapsa, remollitis, atque in lutum resolutis, calore solis agitante concoquitur materies ac temperatur sic, ut in vitam disponatur, ac in vegetable deducatur. Hæc Philosophi summi fuit sententia: à qua qui est, qui discrepare ritè queat? Evidem, quod ad Fungimappam nostram, seu Fungeam in silice segetem pertinet, persuadeo mihi, non absimilem, quām Coralliorum esse generationem: quæ nascuntur in profundo maris, saxis aut testis adhærescente materiâ quadam glutinosâ: quam intrusus calor, & alter solis in altissima vada penetrans, ubi præparaverit donaveritque calore convenienti, requisitâque ad vitam temperaturâ, continuò congruentem in hanc formam elevat extenditque. Pari hercle pacto nostra Fungimappa ex materia lenta, crassa, halituosa copiosiore atque humectiore prognata, subinde multos in culmos atque in unam quasi stolonum sobolem educit, uberiore fortasse agitante ac dispertiente avenulas calore suppetente sub meridionali alioquin cœli situ, sole apricè spectante: qualis ad unguem est Japyga plaga. Quoniam autem crebræ segetis extremi termini tantum non se mutuò contingunt; ex dilatato de osculis, quæ nuper descripsimus, humore glutinoso coalescere Mappa facilè potuit Fungeaque Umbella: quæ una sanè complectetur atque contingeret universos pedunculos atque culmos: tales enim cum teneri forent, opinandi videntur, quando fistulosus spectantibus acutè oculis sese efferunt. Jam vero universi corporis particulæ primum quidem vegetalium, ut credi par est, teneritudine, ac lenta flexura donatæ, dum humor hæc aluit, mansere; mox exdem seu fluoris vicinia, seu vapore destituta paulatim exarescentes, atque obdurecentes, demum in vigorem, & petream formam secesserunt; ac si Medusa spectavisset, vel aqua petrifica nostratis Acerræ, quæ quatuor ab urbe Neapoli lapidibus distat, imbuisset, ac saxeо de genere reddidisset.

*Ut induitus vegetalis rigore.*

*Acerrana aqua petrificauiss.*


Hæc nostra meditatio, hæc inscriptio, hæc enarratio prima fuit de Fungimappa, quam tua mihi humanitas Jane Simon ἐυχαρίστη, dono misit carissimo. Ego tuæ gratiæ quas rependerim gratias, nisi illas, ut naturam hujus omnem non supprimerem: verùm, ut cunque datur, in examen revocarem, examinandumque aliis primus hac quasi arrhâ darem. Eam enim ob causam discussa mihi brevi res est. Licet etiam & eo nomine, quod apud doctissimum Virum, qualis Janus Simon est, meus & monstrator & doctor, non pluribus res erat, quam tribus explicanda chartis. Eloquentiæ sapientiæque tuæ tergeminæ manus est, ut disertius, gravius, absolutius edifferatur. Quod si vel otii inopia, vel curæ mordaces illud tibi negotii non permiserint exequendum; rogatum cæteroqui te velim, ut saltem diligentem mihi pares rationem earum rerum, quæ ad examen ejus naturæ interpretationem obeundam requiruntur, idest locorum, temporum, modorum, unde lapis primum elementum generandi vegetantis conceperit; vim fabricandi ejus concrementi senserit; quo promotore atque autore generationis, & mutationis universa momenta retulerit. Quæ tuæ, Simon, prudentiæ distinguere, ac dijudicare fuerit, ut pleraque subinde theorematia contemplari, ac problemata conjectari commodum sit. Bene vale, & me ama, qui Te reverenter colo cum Baptista Capuccio, collegâ nostro, viro, quem parcè laudare nefas est.

Neapoli Idibus Jun. MDCXLIV.


F I N I S.



*FUNGIMAPPA* cum superstite umbella.



*FUNGIMAPPA* discussâ umbellâ.



A *Siliculus substratus vegetanti locus.*

B *Stipites assurgentēs.*

C *Mappa superdata.*

D *Siliculus vegetationi substratus.*

E *Stipites suā mappā orbati, ac propterea reclinati.*

